Trahe me poſt te ⁊c̄. Mꝫ nos miſeri heu nō
currimꝰ ſꝫ vix ſꝑimꝰ. ſignū ē ꝙ de odoꝛe hu
ius fructꝰ heu parū ſuſcepimꝰ. O ſi olfactū
iſaac haberemꝰ q̄ huiꝰ fructus odoꝛē tā lon
ge p̄ſenſit. teſte beato Bern̄. qui ſic dic̄. Hu/
ius odoꝛiferi fructꝰ fragrantiā ſentiebat q̄
dicebat. Ecce odoꝛ filij mei ſicut odoꝛ agri
pleni cui bn̄dixit dn̄s. Itē chariſſimi fructꝰ
iſte nō ſolū delicioſus eſt odoꝛe. ſed etiā deli
cioſioꝛ ē ſpecie ⁊ decoꝛe. De hoc nota quod
dicitꝛ Leuit. xxiij. Sumetiſqꝫ die pꝛimo fru
ctus arboꝛꝫ pulcerrime. Primꝰ dies animā
illuminās eſt fides. Et certe ſi ſumere debe/
mus fructꝰ arboꝛis pulcerrime. Arboꝛ pul
cerrima eſt Maria. Pulcra quidē in folijs
oꝛis. Pulcrioꝛ autē in floribꝫ coꝛdis. Pul/
cerrima vero in pulcerrimo fructu ventris.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De quo beatꝰ Bernardꝰ infert sic. Si inq̄t
fructus ille mortis non solū suauis fuit ad
vescendū. sed etiā teste scptura delectabilis
aspectu. quāto magis huiꝰ vitalis fructꝰ vi/
uificū decorē debemꝰ inquirere. illū inq̄ꝫ in
quē desiderāt angeli ꝑspicere. Pulcer vtiq̄ꝫ
fructus xp̄s est q̄ speciosus forma pre filiis
hominū est. Si autē plenꝰ cognoscere vo/
lumus fructꝰ huiꝰ pulcritudinē recurramꝰ
ad ipaꝫ arborē pulcerrimā. requiramꝰ ipaꝫ
pulcerrimā eius m̄rem. ꝛ dicamꝰ illud Can
ticoꝝ. v. Qualis est dilectꝰ tuus ex dilect. o
pul. mu. Et ecce ipa respōdens statim dicit.
Dilectꝰ meus candidꝰ ꝛ rubicūdus electꝰ
ex milibꝫ. Ipa candor lucis eterne. Cādidꝰ
quidē est diuinitate. rubicūdus aūt huma/
nitate. Candidꝰ quoq̄ꝫ cōuersatione. rubi/
cundꝰ passione. Ecce q̄ꝫ pulcer fructꝰ. ꝓpter
hoc bene de ipo dicit Augustinꝰ. Pulcer in
celis. pulcer in terris. pulcer in p̄re ꝟbū. pul
cer in m̄re caro ꝛ ꝟbum. Hec autē pulcerri/
ma arbor Maria non solū habet pulcerri/
mū fructū ventris. sed etiā pulcerrimos ha
bet fructꝰ mentis. De quibꝫ apostolꝰ ad Ga
lath. v. scribens ait. Fructꝰ autē spiritus est
charitas. gaudiū. pax. patiētia. benignitas.
bonitas. longanimitas. mā suetudo. fides.
modestia. ꝯtinentia. castitas. Itē charissimi
fructꝰ iste nō solū deliciosus est odore. ꝛ de/
liciosior decore. sed etiā deliciosissimꝰ est sa/
pore. Quod bn̄ illa sancta aīma experta fu/
it que Cāticoꝝ. ij. dicit. Sub vmbra illius
quē desiderabā sedi. ꝛ fructꝰ eius dulcis gut
turi meo. Quid miꝝ si fructꝰ iste tam dulcꝫ
est qui tā altus est. Dicit em̄ beatꝰ Bernar/
dus. Fructꝰ quanto altior tanto dulcior. g̃
tu solꝰ dulcissimꝰ. quia tu solus altissimus.
Quomō aūt potest altissimꝰ esse ille fructus
cuiꝰ breuissima est arbor. Sed certe arbor
huiꝰ fructꝰ maria ꝛ altissima simul est ꝛ bre/
uissima. altissima dignitate. breuissima hūi/
litate. Altissima in oculis dn̄i. breuissima in
oculis suis Que licet h̄ modo sit breuis. fru
ctus tamē eiꝰ est valde dulcis. Unde Ecc̄i.
xi. dicit. Breuis in volatilibꝫ est apis. ꝛ initi
um dulcoris habet fructꝰ eius. Si igit̄ fru
ctus vētris Marie in olfactu. in visu. in gu/
stu. deliciosissimꝰ est. Et ideo vere bn̄dictus
est. Sicut etiā beatꝰ Bernardꝰ testatꝰ ē di/
cens. Benedictꝰ fructꝰ ventris tui. bn̄dictꝰ
in odore. benedictꝰ in sapore. benedictꝰ i spe/
cie. Tertio charissimi cōsideremus quo/
modo virginalis vteri fructus sit virtuosis/
simus. Nā reuera virtuosus est ad perdito/
rū saluationē. ad saluandoꝝ multiplicatio/
nem. ad multiplicatoꝝ cōseruationē. Dico
charissimi q̄ fructꝰ iste benedictus virtuo/
sus est ad saluandū siue ad salutē. ꝓpt̄ q̄d
etiā fructꝰ salutis dicit̄. Unde Ecclesiastici
ꝑmo. Corona sapiētie timor dn̄i. replēs pa/
cem ꝛ salutꝫ fructū. Quid est q̄d dicit pacē ꝛ
fructū. fructꝰ salutis nostre et pax nostra. il/
le est qui fecit vtraq̄ꝫ vnū iesus christus. Et
certe hūc fructū. hanc pacē timor dn̄i reple/
uit. teste Isaia q̄ ait. Et replebit eū spiritus
timoris dn̄i. Bene aūt dicit̄ fructꝰ salutis si/
ne quo nulla salꝰ est nobis. iuxta illud Actu
um. iiij. Nō est in aliquo alio salus. Et Ans/
helmꝰ. Nō est inquit salꝰ nisi quē tu ꝟgo pe/
peristi. Tu igit̄ o Maria vere es arbor salu
tis que mūdo portasti fructū salutis. Sic
beatus Bern̄ exclamās dicit. O vere celestis
planta ꝓciosior cūctis. sanctior vniuers. O
vere lignū vite q̄d solū fuit dignū portare sa
lutis fructū. Sed heu multi fructū istū sa/
lutiferū faciūt mortiferū. fructūq̄ꝫ tam mel
liferū sibi cōuertunt in absinthiū eternum.
sicut Amos q̄nto dicit̄. Cōuertisti in ama/
ritudinē iudiciū. ꝛ fructꝰ iusticie in absinthi
um. Itē charissimi fructꝰ iste valde est ꝟtuo
sus. nō solū virtute saluatiua. sed etiā virtu/
te multiplicatiua. Unde etiā in bono expo/
nere possumꝰ q̄d scriptū est. A fructu frumē
ti vini ꝛ olei sui multiplicati sunt. vt frumen
tū ad corpꝰ christi. oleū ad animā christi. vi/
nū ad diuinitatē xp̄i referamꝰ. Fructū quo
q̄ꝫ frumēti ad sacramentū corpis xp̄i. Fru/
ctum aūt vini ad sacramentū sanguinis xp̄i
Fructū vero olei ad vnguentū spiritussan/
cti referre possumꝰ. Ab hoc ergo fructu mul
tiplicati sunt filij in eccl̄ia. ꝛ multiplicata est
eccl̄ia in filijs. Nā om̄es filij ventris ecclesie
sunt hereditas ꝛ merces fructꝰ ventris ma
rie. sicut in psalmo dicit̄. Ecce hereditas do
mini filij merces. fructꝰ ventris. De hoc q̄ꝫ
beatꝰ Hieronymꝰ ait. Ipe dn̄s natꝰ ex vir/
gine factꝰ est fructꝰ vētris. cuiꝰ assumpta hu
manitas hāc accepit mercedē. vt gētes vo/
care in filijs sint hereditas eius. Itē chari/
simi fructꝰ iste benedictꝰ non solū ꝟtute sal/
uatiua virtuosus. nō solū virtute multipli/
catiua virtuosior. sed etiā virtute cōseruati/
ua virtuosissimꝰ ē. Unde de hoc fructu pos/
sumus accipe illud Prouerbioꝝ. ij. Fructꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuſti lignū vite. Sicut em̄ lignū vite qꝺ fuit
in medio paradiſi terreſtris virtutē habuit
ſeruandi vitā nature. ſic certe fructus ven/
tris marie. qui eſt lignū vite. ⁊ fructus vite ī
medio paradiſi eccleſie cōſeruat vitā gratie.
in medio paradiſi celeſtis patrie vitam glīe
Cōſeruat quidēꝫ vitā gratie a corruptione
culpe. vitā vero glorie a corruptōe om̄is mi
ſerie. vt ſic recipiamꝰ in fructu marie qꝺ ami
ſimus ī fructu adā ⁊ eue. ſicut bene notauit
Beda dicēs. Benedictꝰ fructus vētris illi/
us. ꝑ quē ⁊ ſemen incorruptiōis in agro ſu/
perne hereditatis quē in adā perdidimus.
fructū recipimꝰ. Sit ergo benedictꝰ fructꝰ
marie ſalutē dando ſpiritualiter. ſaluādos
multiplicādo vniuerſaliter. multiplicatos
cōſeruando eternaliter virtuoſiſſimus.

Quarto conſideremꝰ chariſſimi quomo
do ṽginalis vteri fructꝰ ſit copioſiſſimꝰ. Re
uera em̄ tā copioſus eſt ꝙ animā plene pōt
reficere. tā copioſus eſt ꝙ om̄ibꝫ poteſt ſuffi/
cere. tā copioſus eſt ꝙ nunꝗ̄ poteſt deficere
In ꝓmo quidē copioſus. in ſecūdo copioſi/
or. in tertio copioſiſſimꝰ eſt. Dico chariſſi
mi ꝙ fructꝰ iſte benedictꝰ tam copioſus ē ꝙ
animā rationalē quā totꝰ mūdꝰ om̄iſqꝫ cre
atura ſatiare ñ poteſt. fructꝰ iſte ad ſatietatē
reficere poteſt. Unde ſcriptū eſt. De fructu
operū tuoꝝ ſatiabit terra. Fructꝰ ventris
marie eſt fructꝰ operū tuoꝝ dn̄e. Tuoꝝ vti/
qꝫ tuoꝝ. nō humanoꝝ. non mortaliū. ſꝫ tuo
rum. Tuū em̄ dn̄e opus eſt tāte virginis ꝑ
paratio. tuū opꝰ eſt gabrielis miſſio. tuū opꝰ
ſpiritusſancti ſupuentio. tuū opus eſt verbi
⁊ carnis vnitio. Taliū operū tuoꝝ domine
eſt fructꝰ iſte. quia de talibꝫ operibꝫ quaſi de
quibuſdā floribꝫ proceſſit fructꝰ iſte. Unde
etiā in nazareth qꝺ flos interpretatꝰ bñ appa
ruerūt flores iſti. Dicit em̄ beatꝰ Bernardꝰ
In nazareth nunciatꝰ chriſtꝰ naſciturꝰ. quia
in flore ſperatꝰ fructus ꝓceſſurꝰ. Terra que
iſto fructu ſatiatꝰ eſt aīma humana q̄ ad mo
dum terre ſemꝑ eſt germinatiua. ſiue vtiliū
ſiue inutiliū herbaꝝ. id eſt. cogitationū ⁊ de
ſideriorū. Iſta inꝗ̄ terra fructu marie ſatia
tur. ſicut ſcriptū eſt. Satiabor cū apparue/
rit gloria tua. Quid mirꝝ ſi in gloria ſatientꝰ
hoc fructu fruētes cū etiā in miſeria ſatien/
tur credentes. Unde Caſſiodorꝰ exclamās
dicit. O fructꝰ ille mirabilis qui humanuꝫ
genus dulciſſima credulitate ſatiauit. Un/
de non guſtare peccare eſt. Uide ergo ꝗ̄ co
pioſus iſte fructus eſt qui animā ſatiare po
teſt. quā totus mūdus ſatiare nō poteſt. Itē
chariſſimi fructus iſte benedictus nō ſoluꝫ
tam copioſus eſt ꝙ animā inſatiabilē poteſt
plene reficere. ſed etiā tā copioſus eſt ꝙ vni/
uerſitati ſaluādoꝝ poteſt bene ſufficere. Hic
enim eſt fructꝰ arboris illiꝰ glorioſe. de qua
dicitꝰ Dan̄. iiij. Fructus eiꝰ nimiꝰ. ⁊ eſca vni
uerſorum in ea. Uniuerſoꝝ certe in dn̄o vi
uentiū. quieſcentiū. reſurgentiū. Sicut pul
cre ſignatū poteſt eſſe Leuit. xxv. vbi dicitꝰ.
Dabo vobis benedictōem meā anno ſexto
⁊ faciet fructus triū annorū. Annus ſextus
etatē ſextā. ſeptimus ſeptimā. octauꝰ octauā
ſignat. Iſte annus ſextꝰ eſt annꝰ plenitudi/
nis. ſm illud apoſtoli Gal. iiij. At vbi venit
plenitudo tēporis. miſit deꝰ filiū ſuum. ⁊c.
Hic itaqꝫ annus ꝓtulit fructū dei filiū. fru/
ctum vtiqꝫ tā copioſum ꝙ per ipm̄ anno ſe/
xto viuentiū. anno ſeptimo quieſcentiū. an/
no octauo reſurgentiū habemꝰ om̄es fructꝰ
animaꝝ noſtraꝝ. Ipe ergo eſt fructꝰ ſuffici
ens vniuerſitati animaꝝ noſtraꝝ. qr eſt do/
minus ſufficiēs vniuerſitati creaturaꝝ. Hic
autē eſt fructꝰ ventris marie. teſte Auguſti/
no qui ait. Illa virgo ſingulari gratia ꝑuen
ta eſt atqꝫ repleta. vt ipm̄ haberet ventrꝭ ſui
fructū. quē ex initio habet vniuerſitas dn̄m.
Itē chariſſimi fructus noſter benedictꝰ nō
ſolū in hoc copioſus eſt ꝙ animas ſatiādaſ
poteſt ad ſatietatē reficere. nō ſolū in hoc co
pioſior eſt ꝙ animaꝝ ſatiandaꝝ poteſt vni/
uerſitati ſufficere. ſed etiā tā copioſiſſimꝰ eſt
ꝙ ſatiādis animabꝫ ⁊ angelis nunꝗ̄ pōt de
ficere. iuxta illud Ezechiel. xlvij. Non defi/
ciet fructus eiꝰ. O infinita copia. o copia de
fectus neſcia. Deficere vtiqꝫ nō poteſt copia
huiꝰ fructus in eternū. cū ſit copioſiſſime be
nedictꝰ in eternū. Ait em̄ beatꝰ Bernardꝰ.
Benedictus fructꝰ ventris tui qui eſt bene
dictus in eternū. Sic ergo fructus iſte bñ/
dictus copioſus eſt dū ad ſatietatēꝫ reficit.
copioſior dū ſatiandoꝝ vniuerſitati ſufficit
copioſiſſimꝰ dū ſatiādis in ꝑpetuū non de/
ficit. Uides nūc o lector. vides o auditor ꝗ̄
generoſiſſimꝰ. ꝗ̄ delicioſiſſimus. ꝗ̄ copioſiſ
ſimus ſit fructꝰ ventris marie benedictus.
Uides inꝗ̄ quomō ſit generoſus ex vtero
regali. generoſior ex virginali. generoſiſſimꝰ
ex paternali. Uides etiā quomō delicioſus
ſit odore. delicioſior decore. delicioſiſſimus
ſapore. Uides nihilominꝰ quō ꝓtuoſꝰ ſit ad



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

curandū. virtuoſioꝛ ad multiplicandū. ꝟtuoſiſſimꝰ ad cōſeruandū. Uides inſuꝑ quomodo copioſus ad ſatietatē. copioſioꝛ ad vniuerſitatē. copioſiſſimꝰ ad ꝑpetuitatē. De duodecim ꝯditiōes huiꝰ fructꝰ ſignari pñt ꝑ illos. xij. fructꝰ de q̄bꝰ Apoc. xxij. dr̄. Ex angelꝰ Johi oñdit lignū vite afferēs fructꝰ. xij Et qꝛ fructꝰ iſte fructꝰ vite. lignū vite. oībꝰ hoībꝰ ad vitā ꝓducit̄. iō merito oīs homo ad laudādū huiꝰ fructꝰ auctorē inducit̄. ſicꝰ ſcꝑtū eſt. Cōfiteāt̄ tibi ꝓp̄li deꝰ cōfiteant̄ tibi ꝓp̄li oēs ter. de. ſ. ſ. Eya nūc bn̄dicta mat̄ huius bn̄dicti fructꝰ. fac vt h̄ fructu fruamur ī eternū. Per eundē fructū dn̄m noſtꝝ ieſū xp̄m filiū tuū Amen.

Benedictꝰ fructꝰ vētris tui. Poſtq̄m tenuiter vidimꝰ de fructu vētris marie q̄lis ꝛ q̄ntꝰ ſit ꝛ credat̄. videamꝰ mō quoꝝ ſit. ꝛ quibꝰ debeat̄. Fructꝰ nāq̧ iſte nō ſolū eſt fructꝰ vētris ſꝫ etiā mētis. Fructus eſt vētris ſoliꝰ marie. fructꝰ aūt mētis cuiuſlibet fidelis aīe. Fructꝰ vētris ꝑ carnē fructꝰ mētis ꝑ fidē. Uñ ſanctꝰ Ambroſiꝰ ait. Si ſm̄ carnē vna mater eſt xp̄i. ſm̄ tñ mentē omniū fructꝰ eſt xp̄s. Omīs eñ aīa ꝯcipit dei verbū īmaculata ꝛ imunis a vicijs Igit̄ ſm̄ Amb. quecūq̧ mēs hūc fructū ſibi voluerit adeſſe. debet a vicijs īmunis eſſe. Chriſtus eñ fructꝰ eſt mētis nō vicioſe ſꝫ ꝟtuoſe nō vicioſe ꝑ ſeptē vicia capitalia ſꝫ ꝟtuoſe cōtra ſeptē vicia capitalia. Fructꝰ g̃ iſte eſt fructus humiliū ꝯtra ſupbiā. fructꝰ amātiū cōtra inuidiā. fructꝰ mitiū ꝯ irā. fructꝰ laborantiū ꝯtra accidiā. fructꝰ liberaliū ꝯtra auariciā. fructꝰ abſtinentiū ꝯ gulā. fructꝰ ꝯtinētiū ꝯtra luxuriā. Prio chariſſimi videamus quō fructꝰ iſte bn̄dictꝰ ſit hūiliū ꝯ ſupbiam. De h̄ eñ accipe poſſumꝰ qđ dr̄. iiij. Reg. xix. Quodcūq̧ reliquū fuerit de domo iuda mittꝫ radicē deorſum ꝛ faciet fructū ſurſū. De domo iuda fuit beata maria. de domo iuda eſt q̄libet fidelis aīa. Illa corꝑalit̄. iſta ſpūalit̄. Illa ꝑ carnē. iſta ꝑ fidē. Et iō nō ſolū maria ſed etiā quilibet fidelis volēs facere fructū ſurſum debet radicē mittere deorſum. Radix aūt deorſum mittēda. humilitas eſt. que ad modū radicis ſemꝑ ad ima tendens eſt. Huiꝰ benedicte radicis arboꝛ quanto fuerit ꝓcerioꝛ. tāto radix ipa debet eſſe profundioꝛ. Iuxtā illud Eccl. iij. Quanto magnus es humilia te in oībꝰ. ꝛ corā deo inuenies gratiā. Alioquin arboꝛ quanto maioꝛ eſſet,

tanto citiꝰ vento inflatiōis ſubuerteretur ſi non magna ꝛ ꝓfunda humilitatis radice firmaretur. Penſemꝰ ergo quantū illius ſuꝑe radix ꝓfunda fuerit que ſic in ſublime excreuit ꝙ fructū angelis altiorem ferre meruit. fructū vtiq̧ de quo beatus Ambroſius ait. Ipe fructꝰ eſt flos radicis de qua Iſa. Exiet inquit virga de radice ieſſe. ꝛ flos de radice eius aſcēdet. Quecūq̧ aīma hāc humilitatis radicē deorſum miſerit. ipa hūc ſurſum habebit. Surſū inq̧ in alto intellectu. ſurſum in alto affectu. ſurſum in cōtemplatione. ſurſum in dilectiōe. Sic ergo fructꝰ iſte benedictꝰ humiliū eſt. Ideo maria ſuꝑ omnes homīes fuit hoc digniſſima. qꝛ ſuꝑ omnes homīes humilitate fuit radicatiſſima. Propter qđ bñ beatꝰ Bern. exclamans dicit. O virgo virga ſublimis ad quantā celſitudinē verticē ſanctā erigiſ. vſq̧ ad thronū maieſtatis. quoniā in altū mittis radicē humilitatis Secūdo videamꝰ chariſſimi q̄modo fructꝰ iſte benedictꝰ ſit amantiū dei ꝛ ꝓximū contra inuidiā. De hoc accipe poſſumꝰ illud ps. Ecce hereditas dñi filij mercces fructꝰ ventris. Hoc exponēs beatꝰ Ambroſiꝰ ait. Hereditas dñi filij. ſunt. q̄ merces ſunt fructꝰ illiꝰ qui de marie ventre proceſſit. Multi ergo filij ſunt merces vnici filij qui eſt fructꝰ vētris benedicti. Sed vbi vel q̄ñ meruit hāc mercedē. Meruit certe naſcendo. meruit in ꝑſepio iacēdo. meruit circūciſionē ſuſtinēdo. meruit docēdo. meruit opera ſalutis noſtre exercēdo. meruit moriēdo. Meruit inq̧ nobis. xxxiij. annis nobis ſeruiendo. Et ꝓpter hoc iuſtiſſime hanc mercedē exigit dicēs Zach. xj. Si bonū eſt in oculis veſtris afferte mercedē meā. Sed certe nō ſolū filij ſunt merces fructꝰ ventris. ſed ipſe fructus vētris ſanctiſſimi eſt merces filij cuiuſlibet adoptiui. Qui autē ſunt iſti filij. audi. Filioꝝ eſt diligere patrē ꝛ patris filios. Filij ergo dei ꝛ filij eccleſie ſunt quicūq̧ deū ꝛ proximū diligūt. Uñ apoſtolus ad Ephes. v. Eſtote imitatores dei ſicut filij cariſſimi. ꝛ ambulate in dilectiōe ꝛc̄. Et Mathei. v. dicit̄. Diligite inimicos veſtros. benefacite his q̄ oderūt vos. ꝛ orate ꝓ ꝑſequētibꝰ ꝛ calumniātibꝰ vos vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt ꝛc̄. Tales ergo filij videlicet amatores dei ꝛ proximi ſunt merces huius fructus benedicti. taliūq̧ filioꝝ merces eſt ipe fructꝰ bn̄dictus. Sic igitur fructus iſte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diligentiū eſt. ⁊ ideo maria ſup oīes homi/
nes fuit h̄ fructu digniſſima. q̄z ſup oēs ho
mines fuit caritate affectuoſiſſima. Propt
qd̄ bn̄ ait beat⁹ Aug. ſic. Quis dubitare po
terit omino in affectiōez charitatꝭ tranſiſſe
viſcera marie in q̄bꝫ ipa que de⁹ eſt charitas
nouē menſibꝫ corpaliter requieuit. Tertio
chariſſimi videam⁹ quomō fruct⁹ marie be
nedict⁹ ſit patientiū ⁊ mitiū cōtra irā. De h̄
accipiam⁹ qd̄ dicit Job. xxij. Acq̄eſce ḡ illi ⁊
habeto pacē. ⁊ p h̄ habebis fruct⁹ optimos.
Acquieſcere ⁊ pacē habere eſt mitiū ⁊ patiē/
tium. Qui autē tales ſunt. ipi p hec fructus
optimos habebūt. Duo aūt optimi ſūt fru/
ctus. vn⁹ virtutꝭ. alter vētris. Optimus fru
ctus mentis eſt charitas. de qua aplus ait.
Fruct⁹ autē ſpūs. Fruct⁹ qui ibi enumerā
tur. alij quidē ſunt boni. alij vero meliores.
ſꝫ pmus q̄ eſt charitas optim⁹ eſt. p quē alij
oīes ſicut oſtēdit Auguſtin⁹ boni ſūt. Op/
timus aūt fruct⁹ vētris eſt chriſt⁹. Ille nāq̄
bon⁹ fruct⁹ vētris eſt quicūq̄ in vētre ſancti
ficat⁹ eſt. Ideoq̄ bon⁹ eſt fruct⁹ ventris eli/
zabeth. Melior autē fruct⁹ ventris Anne.
Optim⁹ aūt fruct⁹ vētris marie. Bon⁹ autē
fruct⁹ ventris elizabeth iohānes. Melior
fruct⁹ anne maria. Optim⁹ fruct⁹ marie Je
ſus. Pēſa frater q̄s ſit iſte fruct⁹. ⁊ de q̄ terra
ſit pduct⁹. ⁊ videbis q̄ eſt optim⁹. Audi hie
ronymū q̄ ait. Fruct⁹ eſt ꝟgo de ꝟgine. dn̄s
de ancilla. de⁹ ex hoie. fili⁹ ex matre fructus
eterni. O felices q̄ in omniū caſtigationū di
ſciplina animū tā patientē habēt ⁊ tā patuꝫ
q̄ ex h̄ iuſtiſſime ꝯſequunt̄ fructū patiētiuꝫ
fructū pacatiſſimū. de q̄ ad Hebre. xij. loq̄t
Oīs inq̄t diſciplina in p̄ſenti quidē nō vi
det̄ eſſe gaudij ſꝫ meroris. poſtea aūt fructū
pacatiſſimū exercitatis p eā reddet iuſticie.
Exercitatā ḡ patientiā habētes fructū opti
mū referūt. iuxta illud Luc. viij. fructū affe/
runt in patiētia. Sic ergo fruct⁹ iſte benedi
ctus eſt patientiū ⁊ mitiū. ⁊ ideo maria ſup
oēs hoies fuit hoc fructu digniſſima. quia
ſup oēs hoies fuit mitiſſima. ita vt nec ocu
lo nec verbo nec facto tenuiſſimū impatien
tie ſignū oſtēdit ⁊ patiētiſſima teſte ambro/
ſio q̄ ait. Nihil toruū in oculis marie. nihil
in verbis pcax. nihil in actu verecundum.

Quarto chariſſimi videam⁹ quomodo
fruct⁹ Marie ſit exercentiū ſe ⁊ laborantiū
contra accidiā. De hoc dicit̄ Sapientie. iij.
Bonorū laboꝝ glorioſus eſt fruct⁹. Querē
dus ḡ eſt fruct⁹ iſte cū exercitio laboris. ſicut
q̄ apis querit fructū mellis. Fructū inq̄ d̄
quo Eccl. xi. dicit̄. Breuis in volatilibus ē
apis. ⁊ initiū dulcoris habet fruct⁹ ei⁹. Con
ſidera chariſſime quō apis de orto ad ortū
de arbore ad arborē. de flore ad florē diſcur
rit p fructu mellis. ſic ⁊ tu meditatiōibꝫ ⁊ de
ſiderijs ⁊ zelo imitāde virtutis diſcurre cir
ca exēpla iuſtoꝝ. ⁊ maxime pfectoꝝ. Diſcur/
re inq̄ de orto ad ortū. id eſt. de ſtatu ad ſta/
tū. Diſcurre de arbore ad arborē. id eſt. d̄ iu
ſto ad iuſtū. De flore ad florem. id eſt. de vir
tute ad ꝟtutē. de exēplo ad exemplū. Diſcur
re marie ſup illū florē in quo inuenies totū
diuini mellis fructū. ſup illū vtiq̄ florē q̄ eſt
⁊ flos ⁊ fruct⁹. De quo beat⁹ Ambroſi⁹ ait.
Flos marie xp̄s ē. q̄ veluti boni arborꝭ fru/
ctus p nr̄e pceſſu ꝟtutis nūc floret. nūc fru/
ctificat in nob̄. Laborem⁹ fratres bn̄ p hoc
fructu. q̄z bonoꝝ laboꝝ glīoſus eſt fructus
Nota ḡ nō quorūcūq̄ laboꝝ ſꝫ tm̄ bonorū
laboꝝ eſt fruct⁹ iſte. nō eīn eſt illoꝝ laboꝝ de
quibꝫ d̄r Sap. iij. Sapientiā q̄ abijcit ⁊ di
ſciplinā infelix eſt. ⁊ vacua eſt ſpes illoꝝ. ⁊ la
bores ſine fructu. Sic ḡ fruct⁹ iſte bn̄dict⁹
eſt exercentiū ſe in bono ꝯtra accidiā. Et id̄
maria ſup oīes homīes fuit hoc fructu di
gniſſima. q̄z ſup oēs hoīes in bono fuit ex
ercitatiſſima. ſicut bn̄ oſtēdit Beda q̄ ſuper
hoc ꝟbo. Magnificat aīa mea dn̄m. īducit
ipam ſic loquentē. Totū animi affectū i agē
dis gratiaꝝ laudibꝫ offero totū qd̄ viuo. qd̄
ſentio. qd̄ diſcerno in ei⁹ magnitudine cōtē
planda. totū in ei⁹ p̄ceptis obſeruādiſ impē
do. Quinto videam⁹ chariſſimi quomo/
do fruct⁹ marie ſit liberaliū cōtra auariciaꝫ
⁊ maxime illorū liberaliū q̄ p hoc fructu re/
nunciāt oīibꝫ tēporalibꝫ. iuxta illud Can.
viij. Uir affert p fructu ei⁹ mille argenteos.
relinquēdo ſcꝫ oīa. dicit interlinearis. Et
iterū gloſa dicit. Per mille pfectio. p argen/
tū oē mundanū accipit̄. Qui ḡ pfecte om
ne mundanū p xp̄o relinquit. ipſe q̄ſi mille
argenteos p hoc fructu tradit. Sed ecce q̄
dare noluerit mille oīa relinq̄ndo. det ſal/
tem aliqua p hoc fructu paupibꝫ ſubueniē/
do. vt ſit ſicut oliua fructifera fructū miſeri
cordie ferēdo. Quia vero ſumm⁹ miſericor/
die fruct⁹ eſt ſumma miſericordia que ē de⁹.
Ideo maria q̄ habet miſericordie fructū co
pioſiſſime tulit. Ipa ſic oliua fructifera. ipa
q̄ſi oliua ſpecioſa i cāpis ꝯuenientiſſime fuit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Propt́ qđ bñ Johes damaſcenꝰ dic̄. Ma/
ria in domo dn̄i plātata ⁊ īpinguata ſpū. et
oliua fructifera oīs v́tutꝫ habitaculū̄ facta
eſt. Heu q̄ȝ lōge ab iſto fructu miſericordū
⁊ terrena cōcupiſcētiū ſunt aīe auarorꝝ. De
quibꝫ dr̄ Luc. viij. A ſolicitudinibꝫ ⁊ diu. et
volup. vite eūtes ſuffocant̄ ⁊ nō referūt fru/
ctum. Dicit̄ quoq̄ȝ Eccs. v. Qui amat diui
tias. fructū nō capiet ex eis. Sic ḡ fructꝰ iſte
benedictꝰ liberaliū ⁊ t̄palia cōtemnētiuꝫ eſt
⁊ ideo maria ſup̱ oēs hoīes fuit h̄ fructu
digniſſima. qꝛ ſup̱ oēs hoīes in ꝯtemptu
t̄paliū fuit liberaliſſima. teſtāte beato Ber/
nardo q̄ ait. Quicq̄d maria honoris ī popu
lo. quicq̄d rex terrenarū̄ paterna domo ha
bere potuiſſet. oīa arbitrata eſt q̄ſi ſterco/
ra vt chriſtū lucrifaceret Sexto videamꝰ
chariſſimi quō fructꝰ Marie ſit abſtinētiū
ꝯtra gulā. Et de h̄ notemꝰ qđ dicit̄ Prouer
biorꝝ. xiij. De fructu oris ſui ſatiabit̄ bonis.
Fructꝰ marie fructꝰ oris dici pōt. nō ſolum
qꝛ oris oratiōe ⁊ doctrina. ſꝫ etiā qꝛ oris ab/
ſtinētia acquirit̄. De iſto fructu ſatiabit̄ ſpi/
ritualibꝫ q̄ p̄ iſto fructu abſtinēs eſt a bonis
t̄poralibꝫ. Satiabit̄ bonis de iſto fructu q̄
cūq̄ȝ eſurit ⁊ ſitit corpaliter. magis aūt ſpū/
aliter p̄ iſto fructu. Vñ beatꝰ Bernardꝰ ait.
Bonꝰ fructꝰ eſt q̄ animarꝝ eſurientiū ⁊ ſitiē/
tiū iuſticiā. eſca ⁊ potꝰ eſt. Bene q̄ p̄ hoc fru/
ctu eſuriūt in mūdo qꝛ de ipo ſatiabunt̄ in
celo. iuxta illud Luc. vj. Beati q̄ nūc eſuritꝭ
qꝛ ſaturabimini. Hic ḡ p̄ hoc fructu abſti/
nentes. ibi erūt de iſto fructu comedentes.
Vñ Iſaie. iij. dr̄. Dicite iuſto. quoniā bene
q̄m fructū adinuentionū ſuarum comedet
Sic ḡ fructꝰ iſte benedictꝰ eſt abſtinētiū cō/
tra gulā. ⁊ ideo maria ſup̱ oīs hoīes fuit h̄
fructu digniſſima. qꝛ ſup̱ oēs hoīes fuit ꝯ
gulā t̄peratiſſima. Propter qđ bñ Johes
chryſoſtomꝰ ait. Comeſatrix aut vinolenta
nūq̄ȝ maria fuit. nō leuis. nō iocoſa. nō cāta
trix. nō turpiū v́borꝝ amatrix. talia certe intē
perantiā ſequi ſolēt Septimo chariſſimi
videamꝰ quomō fructꝰ vētris marie ſit cōti/
nentiū cōtra luxuriā. De hoc eñ dicit̄ Sa
piētie. iij. Felix ſterilis ⁊ incoinq̄nata. q̄ neſ.
t. in de. ha. f. in r. a. ſanctarꝝ. In reſpectione
in q̄ȝ p̱ gratiā. magis aūt ī reſpectiōe p̱ gl'iaꝫ
Et certe fructꝰ ventris altiſſimi. fructꝰ ven/
tris virginalis merito eſt fructꝰ cōtinentiū
ſpecialis. Cū eñ p̱ fructū virginis benedi/
ctum benedicant̄ oēs fideles generaliter
merito cōtinētes benedicent̄ p̱ ipm ſpeciali
ter. p̱ quē etiā cōtinentiū regina benedicta ē
pre oībꝫ. vt dicit beatꝰ Bernardꝰ declarās
Vere benedictꝰ fructꝰ vētris tui in quo be/
nedicte ſunt oēs gētes. de cuꝰ plenitudie
tu quoq̄ȝ accepiſti cū ceteris. ⁊ etiā differen/
tius a ceteris. Ve luxurioſis q̄ nullā partē
habēt in fructu virgineo. ve miſeris qui nul
lum habēt ramū q̄ poſſit ferre fructū virgi/
neū. Vñ de adultera dicit̄ Ecci. xxiij. Rami
eius nō dabūt fructū. Igit̄ fructꝰ iſte bene/
dictꝰ eſt cōtinentiū cōtra luxuriā. ⁊ ideo ma
ria ſup̱ oēs fuit hoc fructu digniſſima. q̄a
ſup̱ oēs hoīes fuit caſtiſſima. ſicut bene te
ſtat̄ Chryſo. dicēs. O ineffabilis laus ma/
rie. magis credebat Joſeph caſtitati eius q̄ȝ
vtero eiꝰ. ⁊ plꝰ gratie q̄ȝ nature. poſſibilꝰ cre
debat mulierē ſine viro cōcipere q̄ȝ Mariā
poſſe peccare. O igit̄ maria feliciſſima q̄ ve
tanq̄ȝ virtuoſiſſima fructu diuino fuiſti di/
gniſſima. adiuua nos vt virtutibꝫ ad hunc
fructū p̱tingere valeamꝰ. dn̄m noſtꝝ Jhm
xp̄m filiū tuū Amen.

Benedictꝰ fructꝰ vētris tui. Vidimꝰ
de bn̄dicto fructu vētris marie q̄s
⁊ q̄lis fuit. vidimꝰ q̄ȝ q̄r ⁊ qualis ſit
Videamꝰ nūc ad q̄s ⁊ ad q̄les effectꝰ neceſ/
ſariꝰ ſit. Nā fructꝰ iſte ꝯ malū. fructꝰ ad bo/
num neceſſariꝰ eſt. Neceſſariꝰ eſt quidē p̄pter
ſex effectus ꝯtra malū. neceſſariꝰ eſt etiā pro
pter ſex effectꝰ ad bonū. Huiꝰ itaq̄ȝ bn̄dicti
fructꝰ ſunt duodecim effectꝰ valde vtiles. ſi
ue duodecim vtilitates valde notabiles. p̱
quibꝫ merito eiuſdē fructꝰ laudant oēs ho
mines. iuxta qđ ſcp̄tū eſt in ps. Cōfiteant̄ tibi
p̄pli deꝰ ꝯfiteat̄ tibi p̄pli oēs. t̄ra dedit fructū
ſuū. Primꝰ ḡ fructꝰ effectꝰ eſt expiatio cul
pe mortalis. ſc̄ḋs pacificatio inimicitie capi
talis. tertiꝰ ſanatio plage original'. quartꝰ re
leuatio inedie mētal'. q̄ntꝰ euitatio ire iudici
alis. ſextꝰ elōgatio pene gehēnalis. ſeptimus
renūciatio ſube t̄pal'. octauꝰ locupletatō ate
rōnalis. nonꝰ ꝯſūmatio vite ſpūal'. decimus
m'tiplicatio eccl'ie vniuerſal'. vndecimꝰ rein
tegratio ruine empirreal'. duodecimꝰ p̄petu
atio gl'ie eternal' Prio ḡ chariſſimi fructꝰ
marie bn̄dictꝰ neceſſariꝰ ē ad expiatiōꝫ cul
pe mortal'. De h̄ exponi p̄t qđ dr̄ Iſa. xxvij.
Iſte oīs fructꝰ vt auferat̄ pctm̄ eiꝰ. Oīs fru
ctus itelligi p̄t ille de q̄ beatꝰ Bern̄. loquēs
ait. In cruce pēdet oīs fructꝰ vite. qꝛ ipa ar
bor vite in medio p̱adiſi. Oīs ḡ fructꝰ ē toꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fruct⁹ tot⁹ illo. Hic fruct⁹ ad h̄ dat⁹ eſt. ad h̄
nat⁹ eſt. ad h̄ paſſus eſt. vt auferat pctm̄ ho/
minis. Ipe eñi. ſic angel⁹ inqt Math. pmo
ſaluū fecit pplm ſuū a peccatis eoꝝ. Ipſe q̄z
eſt de q̄ Jobes dixit. Ecce agn⁹ dei. ecce qui
tollit pctā mūdi. Iſte ḡ agn⁹. iſte certe fruct⁹
tollit pctā mūdi tā mortalia q̄ȝ venialia. vt
q̄ p hūc fructū purgat⁹ a mortalib⁹ eiuſdem
fructū portat. purgat̄ ⁊ a venialib⁹ vt fructū
abundātı⁹ ferat. iuxta Joh. xv. Omnē q̄ fa/
cit fructū purgabit eū vt fructū pl⁹ afferat.

Secūdo chariſſimi fruct⁹ marie benedi/
ctus neceſſari⁹ eſt ad pacificatōem inimici/
tie capitalis q̄ fuit inter deū ⁊ hoiem. int̄ an
gelos ⁊ homies. Vnd̄ Iſa. lvij. Creaui fru/
ctū labioꝝ pacē. pacē ei q̄ longe eſt ⁊ q̄ ṗpe eſt
Fruct⁹ ventris marie bene poteſt dici fru/
ctus labioꝝ marie qꝛ dū de labijs ſuis ſtilla
uerūt melliflua ṽba illa. Ecce ancilla dñi fi
at mihi ſcḋm verbū tuū. ſtatim cōcepit melli/
fluū fructū ſuū. O vere melliflua labia. ſicut
dr̄ Cātico. iiij. Fau⁹ diſtillās labia tua ſpō/
ſa. Hoꝝ ergo labioꝝ fructū Jhm xp̄m de⁹
pater creauit ſiue fecit pacē Pacē inqm ei q̄
lōge eſt p culpā. vt fiat ṗpe p gratiā. pacēq̄ȝ
ei q̄ ṗpe eſt p gratiā. ne fiat longe p culpam.
Ipe eñi (ſicut aplus ait) eſt pax noſtra q̄ fec̄
vtraq̄ȝ vnū. Fruct⁹ iſte etiā fact⁹ eſt pax īter
hoies. q̄ longe eſt in mūdo. ⁊ inter angeluȝ.
q̄ ṗpe eſt in celo. vtroſq̄ȝ pacificauit in pati/
bulo. iuxta illud Ephe. ij. Pacificās p ſan/
guinē crucis ei⁹. ſiue q̄ in celis ſiue q̄ in terris
ſunt. Itaq̄ȝ fruct⁹ iſte pax homis ad hoiem.
pax hois ad angelū. pax hois ad deū fact⁹ ē
Quid miꝝ ſi p hunc fructū pacē habeat hō
cū deo. cū ipe fruct⁹ pacificās ſit deus ⁊ hō.
Teſtat̄ Beda q̄ ait. Terra noſtra dabit fru
ctū ſuū. qꝛ ṽgo maria q̄ de terra corp⁹ habu
erat filiū genuit. diuinitate quidē deo patri
coequalē. ſꝫ ſibi carnis ṽitate cōſubſtātialē.

Tertio chariſſimi fruct⁹ marie bñdictuſ
neceſſari⁹ eſt ad curatiōem plage originalis
graui eñi plaga imo grauib⁹ plagis homo ī
cidēs in latrones vulnerat⁹ eſt. dū p origina/
le peccatū tā cec⁹ ad veꝝ. tā infirm⁹ ad bonū
tā pnus ad malū fact⁹ eſt. Sꝫ he plage per
hūc fructū ſanant̄. In hac quidē vita in pre
ſanant̄ p gratiā. in futura vero tota in toto
ſanabunt̄ p gloriā. Vñ bene legit̄ Apocal.
xxij. q̄ angel⁹ oſtēdit Johāni lignū vite per
mēſes ſingulos reddens fructū ſuū. et folia
ligni ad ſanitatē gentiū. Lignū vite eſt ma/
ter vite Maria. vel lignū vite eſt lignū cru
cis. vel etiā lignū eſt ipe auctor vite Jheſus
xp̄s. qui eſt ⁊ fruct⁹ vite. hui⁹ folia ſanatiua
ſunt verba ⁊ documēta edificatiua. Si aūt
ſanatiua ſunt folia ei⁹. quanto magis ſana/
tiuus eſt ipe fruct⁹. vt ḡ p hunc fructū ſane/
mur accedam⁹ ad arborē ei⁹. accedam⁹ inq̄ȝ
ad Mariā orātes cū Anſelmo. q̄ orans ait.
Exaudi me dña. ſana aīam ſerui tui pctōris
p virtutē benedicti fruct⁹ vētris q̄ ſedet ī de
xtera omipotētis patris ſui. Quarto cha
riſſimi fruct⁹ marie benedict⁹ neceſſari⁹ ē ad
releuationē inedie ſiue famis mētalis. ne p
pter defectū nutrimēti deficiāt aīmalia dei.
Propter qḋ bene dicit̄ Joel. ij. Nolite time
re aīalia regionis. qꝛ germinauerūt ſpecio/
ſa deſerti. ⁊ lignū attulit fructū ſuū. Deſertū
qḋ ſine cultura germīat ⁊ pfert paſtū anima
liū. ſignare pōt mariā. q̄ ſine cultura marita
li ptulit filiū. q̄ eſt paſt⁹ omniū fideliū. Ideo
q̄ȝ bñ de ipa dici pōt illud Ezech. xxxvj. Ter
ra illa inculta facta eſt vt ortus voluptatis.
Speciosa hui⁹ felicis deſerti ſunt ſpecioſa
germina celeſtiū deſideriorū. ſpecioſe herbe
operū bonoꝝ. ſpecioſi flores virtutū ⁊ dono
rum. ſpecioſa folia vtiliū verboꝝ. ⁊ certe ſpe
cioſus fruct⁹ vētris ſui. qui eſt paſtus omni
um iuſtoꝝ. Maria eſt deſertū hoc ſpecioſū.
Maria quoq̄ȝ eſt lignū hoc fructuoſum. de
quo dicit̄. ⁊ lignū attulit fructū ſuū. O vere
mirabilē fructū per quē tam fames q̄ȝ ſitis
releuat̄ animarū. ſicut teſtat̄ beat⁹ Bernar/
dus dicēs. Bon⁹ fructus q̄ animarū eſuriē
tium ⁊ ſitientiū eſca ⁊ potus eſt. Nolite ergo
timere aīmalia dei. nolite timere fideles xp̄i
q̄ inedia deficiatis cū plena paſcua in deſer
to. plenū fructū in ligno. plenū etiā pabulū
in pſepio habeatis. Ait eñi beat⁹ Bernar/
dus. Natus reclinat̄ in preſepio. vt fideles
omēs velut ſancta aīmalia carnis ſue alimē
to reficeret. Et beat⁹ Auguſtin⁹ ait. O preſe
pe ſplendidū in quo nō iacuit fenū aīmaliū.
ſed angelorū inuentū eſt pabulū. Quin/
to chariſſimi neceſſari⁹ eſt fructus Marie
benedict⁹ ad euitationē ire iudicialis. quaȝ
vtiq̄ȝ certā habet omnis iniuſt⁹ ſicut fructū
quo irā iudicij euadere certū vtiq̄ȝ hꝫ omis
iuſtus. Unde in pſalmo dicit̄. Si vtiq̄ȝ eſt
fructus iuſto. v. eſt deus iu. eo. in terra. eos.
id eſt. iniuſtos. ſicut exponit glo. Iniuſtos
nāq̄ȝ iudicabit ds̄ ī terra. dū ī iudicio iuſti ī
aere erūt. iniuſti vero in terra remanebunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quia terrenis ꝯ deū adheſerūt. ita vt dicere
poſſent Adheſit i terra vēter noſter. Dn̄s ꝗ
ibi ſic̄ vtiqꝫ eſt fructus ſuauis iuſto. ſic vtiqꝫ
erit iudex ꝑuis iniuſto. Ve ꝗ eis q̄ fructum
tā ſuauiſſimū ꝯuertūt ſibi in iudiciū amariſ
ſimū. ſicut dꝛ Amos. vj. Cōuertiſtis i ama/
ritudinē iudiciū. ⁊ fructū iuſticie i abſinthiū
Fructꝰ iuſticie. fructꝰ iuſti. Juſtꝰ eſt fructus
marie. De q̄ certe beatꝰ Job ait. Juſtū fru/
ctum dedit terra v̓go. qꝛ veritas de terra oꝛ
ta eſt. Sexto chariſſimi neceſſariꝰ eſt fru/
ctus marie bn̄dictꝰ ad elōgationē ſiue decli
natiōem pene gehēnalis ſiue mortꝫ eternal̄
de q̄ exponere poſſumꝰ qđ dicit̄. iiij. Reguꝫ.
xviij. Transferā vos in terrā fructiferā ⁊ fer
tilē vini. terrā panis ⁊ olei ac mellis. ⁊ viue/
tis ⁊ nō moriemini. Jn terrā marie vel i ter
rā eccleſie trāſferent̄ q̄ toto corde ad ipſam
ꝯuertunt̄. Hec aūt terra valde eſt fructifera
ferēs fructū panis vini olei ⁊ mellis domi/
nū noſtꝝ ihm xp̄m. Jp̄e nāqꝫ nobis eſt fru/
ctus panis ꝯfortātis ꝯtra defectū. ip̄e nobiſ
eſt fructꝰ vini ad ꝑfectū. ip̄e quoqꝫ nobis eſt
fructꝰ olei illuminātis intellectū. ip̄e inſuper
nob̄ eſt fructꝰ mellis dulcorātꝫ affectū. Per
hmōi certe fructū viuetꝫ chariſſimi ⁊ nō mo
riemini morte eterna Bn̄dicta ſit terra huiꝰ
fructꝰ. bn̄dictꝰ ſuꝑ om̄ia ſit ip̄e fructꝰ ꝑ quā
exempti ſumꝰ a tātis malis. ſic̄ etiā bene de/
clarauit Anſel. cū dixit. Quid digne referā
genitrici dei ⁊ dn̄i mei. ꝑ cuiꝰ fecūditatē cap/
tiuus ſū redēptꝰ. ꝑ cuiꝰ ꝑtū de morte eterna
ſum exemptꝰ. ꝑ cuiꝰ ꝓlē ꝑditꝰ ſum reſtitutꝰ.
⁊ de exilio miſerie ad patriā ſum reductus.
Bn̄dicta in mulieribꝰ. hec om̄ia mihi dedit
bn̄dictꝰ fructꝰ vētris tui i regeneratione ba
ptiſmatꝫ ſui. Ve ꝗ om̄ibꝰ ab iſto fructu alie
nis. Scriptū nāqꝫ eſt. Om̄is arboꝛ q̄ nō fa
cit fructū bo. exci. ⁊ in ignē mittet̄. Septi
mo chariſſimi neceſſariꝰ eſt fructꝰ marie bn̄
dictꝰ ad renūciationē ſiue ꝯtēptū ſubſtātie
tꝑalis. Vn̄ Can̄. viij. dꝛ. Vir affert ꝓ fructu
eiꝰ mille argēteos. relinq̄ndo tꝑalia dicit in
terlinearꝫ. Nā ſic̄ alia gloſa dic̄. ꝑ mille perfe
ctio. ꝑ argentū v̓o om̄e mūdanū accipit̄. vn̄
q̄ſi mille argēteos ꝓ h̄ fructu dat. q̄cūqꝫ ꝑfe
cte om̄ibꝰ tꝑalibꝰ ꝓ xp̄o renūciat. ⁊ vere me/
rito ꝓ h̄ fructu oīa tꝑalia feruēter vilipēdit.
quicūqꝫ q̄ꝫ p̄cioſiſſimꝰ ſit ille fructꝰ diligent̄
attēdit dicēs illud Prouer. viij. Melioꝛ eſt
fructꝰ meꝰ auro ⁊ lapide p̄cioſo. ⁊ genimina
mea auro electo. Vir certe eſt q̄cūqꝫ tā viril̄
eſt. vir aūt ille viriliter ꝓ h̄ fructu ꝯtemnere
dꝫ nō ſolū res ⁊ diuitias ſed etiā honoꝛes ⁊
potētias. dicēs illud Judicū. ix. Nō poſſuꝫ
deſerere dulcedinē meam fructuſqꝫ dulciſſi
mos ⁊ ire vt inter cetera ligna ꝓmouear. Su
auiſſimi ſunt fructꝰ xp̄i ⁊ charitas. Ligna ſil
uaꝝ ſic̄ dicit gloſa. ſunt homies infructuoſi
eterno incēdio p̄parati. Jgit̄ ꝓpt̄ fructꝰ iſtos
ſuauiſſimos viriliter ꝯtēnat honoꝛes ſuper
ligna ſiluaꝝ ꝑiculoſiſſimos. viril̄ ꝯtemnat
oīa ꝓpter fructū bn̄dictū. q̄ eſt ſuꝑ om̄ia bn̄/
dictꝰ deꝰ in ſecula. Octauo chariſſimi ne/
ceſſariꝰ eſt fructꝰ marie bn̄dictꝰ ad locupleta
tionē ſiue repletionē aīe rōnalis. Vn̄ dicit̄
Prouer. xij. De fructu oꝛis ſui vnuſq̄ſqꝫ re/
plebit̄ bonis. Dn̄m ieſum nō ſolū fructū vē
tris. ſꝫ etiā fructū oꝛꝫ nō incōgrue fateamur
qꝛ ipiꝰ oꝛis p̄dicatiōe. oꝛis ꝯfeſſione. oꝛꝫ oꝛa
tione meremur. Jp̄m q̄ꝫ oꝛe exterioꝛi ſumi
mus ſacraliter. oꝛe q̄ꝫ interioꝛi ſp̄ualit̄ ꝓpt̄
qđ Hiero. ait. Flos marie factꝰ eſt fructus
vt nos illū comederemꝰ. De iſto fructu oꝛis
vnuſq̄ſqꝫ replebit̄ fidel̄ bonis ſp̄ualiū diui/
tiaꝝ. bonis inq̄ꝫ v̓tutū ⁊ graꝝ. De taliū bo/
noꝝ repletiōe apl's dic̄ Ro. xv. Deꝰ aūt ſpei
repleat vos om̄i gaudio ⁊ pace i credēdo. vt
abūdetis i ſpe ⁊ v̓tute ſp̄ūſſcti. O q̄ bta hu
ius fructꝰ plenitudo. qua repletꝰ eſt nō ſolū
ager v̓ginis hūc fructū ꝓducētis. ſꝫ etiā lo/
cus vniuſcuiuſqꝫ fidelis hūc fructū ꝯtinēt̄.
ſicut patet ꝑ beatū Hiero. q̄ ait. Bene ager
plenꝰ dꝛ. qꝛ plena v̓go maria ꝓnunciat̄ d̄ cu
ius vtero credētibꝰ fructꝰ vite ꝓceſſit. ⁊ nos
om̄es de plenitudine eiꝰ accipimꝰ grām ꝓ g̃
tia. Nono chariſſimi neceſſariꝰ eſt fructꝰ
marie bn̄dictꝰ ad ꝑfectionē vite ſpiritualis
Vn̄ de viro ꝑfecto bn̄ in ps. dꝛ. Et erit tāq̄
lignū qđ plātatū eſt ſecꝰ decurſus aq̄ꝝ. ⁊c. vſ
qꝫ ꝓſperabūt̄. Quid intelligere debemꝰ ꝑ de
curſus aq̄ꝝ. niſi irrigationes graꝝ. ꝑ q̄s bo
dat ſiue ꝓfert fructū ſuū dn̄m ihm chriſtuꝫ.
Tres aūt hic cōditiōes ꝑfecte vite inſinuāt̄
q̄ hoīem h̄ fructu fructiferꝝ comitāt̄. Perfe
ctoꝝ nāqꝫ eſt tꝑs ſuū nō negligere. ꝓpter qđ
bn̄ dꝛ. Fructꝰ ſuos dabit in tꝑe ſuo. Perfe
ctoꝝ q̄ꝫ eſt in v̓bis inutilibꝰ nō defluere. ꝓpt̄
qđ bn̄ addit̄. ⁊ foliū eiꝰ nō defluet. Perfecto
rū inſuꝑ eſt q̄ ſp̄ūi ꝓſpera ſunt nō obmitte
re. ꝓpter qđ bn̄ ſubiūgit̄. Om̄ia q̄cūqꝫ facit
ꝓſperabūt̄. Vel certe ei q̄ hūc fructū ꝑ chari
tatē tulerit om̄ia ꝓſperabūt̄. q̄n ſibi om̄ia i
bonū coopant̄. ſicut ſcriptū eſt Roma. viij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Scimus qm̄ diligentibꝫ deū oīa coopanť
in bonū. Beatus vir q̄ tā pfecte tulerit fru/
ctū iſtū vt tpˢ ſuū nō trāſeat infructuoſuꝫ.
vt verbū ſibi nō defluat ocioſum. vt opus
ſibi nō pereat v̄tuoſum. ſicqꝫ ſit taꝗꝫ lignuꝫ
fructiferuꝫ ſpūalit̄. queadmodū etiā maria
fuit corꝑalit̄. de q̄ btūs Bern̄. ait. O vere li
gnū vite qȯ ſolū dignū fuit portare ſalutis
fructū. Decimo cariſſimi neceſſariꝰ ē fru
ctus marie bn̄dictꝰ ad multiplicationeꝫ ec/
cleſie vniuerſal̄. Vn̄ dr̄ Prouerb. xxxi. De
fructu manuū ſuaꝝ plātauit vineā. Dn̄s ie
ſus ſicut bn̄ dr̄ fructꝰ ventr̄. qꝛ ventre cōci
pit̄. ⁊ ſicut bn̄ fructus oris dicit̄. qꝛ ore ſu/
mit̄. ita bene fructꝰ manuū dr̄. qꝛ manibus
bonoꝝ opeꝝ acquirit̄. manibꝫ qꝫ ſacerdota
libꝫ miniſtrat̄. Vn̄ fructus iſte pleniſſime ē
fructus marie. fructꝰ certe ventr̄ eiꝰ eſt. q̇a
de ventre eiꝰ ſingulariſſime natꝰ eſt. Fru/
ctus etiā oris eiꝰ eſt. qꝛ ore eius dulciſſime
cōicatus eſt. fructꝰ quoqꝫ manuū eiꝰ eſt. qꝛ
manibꝫ eius deuotiſſime attrectatꝰ eſt. De
iſto itaqꝫ manuū fructu maria vel ꝑmitiua
eccl'ia ſicut exponit gloſa. plātauit vineā. id
eſt eccl'iam vniuerſalē ꝑ orbē diffuſam. O
quō palmites huiꝰ vinee videlicet fideles
eccl'ie. ꝑ hunc fructū multiplicati ſunt. duꝫ
rectores eccl'ie in cordibꝫ fideliū eundē fru
ctum ſpūaliter naſci fecerūt. Hinc bene in
pš. dicit̄. Fecerūt fructū natiuitat̄. ⁊ bene
dixit eis. et multiplicati ſūt nis. Et q̇a eccl'ia
de oībꝫ generatiōibꝫ eſt ꝑ hūc fructū multi
plicata. Ideo virgo hūc fructū ꝓducēs me
rito ab oībꝫ generatiōibꝫ ꝑdicatur beata.
Propter qȯ bene ipa ait. Ecce em̄ ex h̄ bea
tam me dicēt oēs generatiōes. De q̄bus
verbis loquēs Bern̄. inducit mariā loquē
tem ſic. Ecce iā video qȯ futuruꝫ eſt in me.
q̇s fructus ꝓcedat de me. q̄t ⁊ quāta bona
nō mihi ſoli ſed oībꝫ generatiōibꝫ ꝓueni/
ent ꝑ me. Undecimo cariſſimi neceſſa/
rius eſt fructꝰ marie benedictꝰ ad reſtaura
tionē ruine empirrealis. ruine inquā facte
in celo empirreo. De h̄ notare poſſumuſ ꝙ
dn̄s de medulla cedri plātare volens dixit
Ezech. xxvij. In monte ſublimi iſrl' plāta/
bo illud. ⁊ erūpet vt germen ⁊ faciet fructū.
Mons ſublimis eſt ſublimis illa manſio.
ſublimis illa ſocietas angeloꝝ. q̄ bn̄ mons
iſrl' dicit̄. qꝛ iſrael viſio dei interpͣt̄. Et ec/
ce angeli ſemꝑ ſunt in viſione dei. teſtāte eo
q̄ ait in euāgelio Matthei. angeli eoꝝ ſem

per vident faciē pr̄is mei q̄ in celis eſt. In
iſto ſublimi monte. in iſta ſublimi angeloꝝ
ſocietate deꝰ plātauit illud quod de maſſa
ꝑditionis elegit. plātauit inquā medullā ce
dri. medullā generis hūani. id eſt oēs ele
ctos dei. quoꝝ quidā in re. quidā ī ſpe plā
tati iā ſunt in angelico monte. O vere ſuꝑ
oīa diligendus fructꝰ. ꝓpter quē tā ſubli/
miter plātatur oīs electꝰ. Libenter hūc
fructū dn̄m noſtrū ieſum chriſtuꝫ portare
poſſumꝰ. ꝓpter queꝫ inter angelos iā in ſpe
plantati ſumꝰ. huic etiā fructui ſemꝑ gr̄as
agimus. cuius gr̄a angeloꝝ vniuerſitatem
reintegramꝰ. Vnō huiꝰ fructus mr̄ maria
bene pōt gloriari ⁊ dicere v̄ba illa que bea/
tus Bern̄. q̄ſi ex ore marie loquēs ait. An/
gelicarū generationū numerꝰ ꝑ meū gene/
ratum reintegrabit̄. ⁊ hominū generatio ꝑ
adam benedicta ꝑ benedictū fructuꝫ ven/
tris mei ad eternā beatitudinē regenerabi
tur. Duodecimo cariſſimi neceſſariꝰ eſt
marie fructꝰ benedictus ad ꝑpetuationem
gl'ie eternal̄. q̄ eterna nō eſſet niſi ꝑ hūc fru/
ctum cōſeruaret̄. Unde dicit̄ Prouerbi. xi.
Fructus iuſti lignū vite. Optime fructus
iſte dictꝰ eſt lignū vite. quia ſicut lignū fuit
ad ꝯſuandā vitā naturalē in paradiſo ter/
reſtri. ſic chriſtꝰ eſt ad ꝯſeruandā vitā eter/
nalem in paradiſo celeſti. Hec ergo tanta
bona que ꝑ benedictū marie fructū cōſeq̄/
mur. benedictꝰ ille Anſelmꝰ bene aduertit
cū dixit. Hec tanta bona ꝑ benedictuꝫ fru
ctum benedicti ventr̄ bn̄dicte marie ꝓue/
nerunt. Sic ḡ cariſſimi audiſtis quō bene
dictus fructꝰ marie neceſſarius oīno eſt.
Primo ad expiādā culpā mortaleꝫ. Scd̄o
ad pacificandā inimiciciā capitalē. Tercio
ad ſanandā plagā originalē. Quarto ad re
leuandā inediā mentalē. Quinto ad vitan/
dā irā iudicialē. Sexto ad declinādā penā
gehennalē. Septimo ad ꝯtemnendā ſub/
ſtantiā temporalē. Octauo ad locupletan/
dā animā rōnalē. Nono ad cōſūmādā vitā
ſpūalem. Decimo ad multiplicandā eccle/
ſiā vniuerſalē. Undecimo ad reparandaꝫ
ruinā empirrealem. Duodecimo ad ꝯſer/
uādā gl'iam eternalē. Et ecce hi duodecim
effectus ſiue vtilitates huiꝰ fructꝰ ſignari
poſſunt. per duodecim fructus ligni vite.
quos oēs habemꝰ in fructu ventris ma
rie. De quibꝫ duodecim fructibꝫ legit̄ Apo
calip. xxij. ꝙ angelus oñdit Iohāni lignuꝫ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vite afferens fructus duodecim. Adiuua ergo
nos o bñdicta in mulieribꝫ. vt ꝑ bñdictuꝫ
fructū ventrꝭ tui bñdictionē hoꝝ duodecī
fructuū cōſeq̄mur. Adiuua o ꝟgo fructife-
ra vt ꝑ fructū tuū his fructibꝫ ita fructuoſi
efficiamur ꝙ ꝑ hos fructꝰ fructu tuo frui ꝑ-
petuo mereamur. Adiuua o dulciſſima vt
nobis ꝯcedat dulcedine ſua frui ille libera-
liſſimꝰ cōicator ſui bñdictꝰ fructus ventris
tui. Qui cū p̄re ⁊ ſpūſctō viuit ⁊ regnat deꝰ
per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Deuotiſſimi ac ſeraphici doctoris ſan-
cti Bonauēture tractatꝰ ſuꝑ gaudioſa am-
baſiata ꝑ archangelū gabrielē ad excellen-
tiſſimā atq̧ glorioſiſſimā ꝟginē Mariā an-
nunciata. Speculū marie vocatus. expli-
cit feliciter.

¶Incipit tractatꝰ de ꝑparatiōe ad miſſaꝫ
doctoris ſeraphici ſcti Bonauēture.

AD honoreꝫ glo-
rioſe ⁊ indiuidue trinitatꝭ et ad
honorē excellentiſſimi ſacri. ſcꝫ
p̄cioſi corꝑis ⁊ ſanguinis dñi nr̄i ieſu chri-
ſti. Deſcribā tibi formā ꝑ quaꝫ potes leuiꝰ
manuduci ad ꝯtemplationē tanti myſterij
ac congrue diſponi ad eiꝰ ꝑceptionē. quam
nō raptim ſtrepitu ꝟboruꝫ legere. ſed eius
ſenſum efficaciꝰ cordi imp̄mere debes. ⁊ ex
intimo affectu ſingula queq̧ in toto vel in
parte, put ſonāt ſollicite ruminare. Primo
igiꝰ acceſſurꝰ ad mēſam celeſtꝭ cōuiuij. iux-
ta aplm̄. Proba teip̄m ⁊ diligenꝰ examīa cū
qua fide. q̄li ꝓpoſito. quāta caritate, ꝓpter q̄d
aut ꝓpter quā cām accedis. vt ſic accedēdo
ad mēſam celeſtꝭ cōuiuij iuxta aplm̄. ꝓbes
teip̄m diligenꝰ examinādo. Attende igiꝰ
iſta q̄ttuor ſingula ꝑ ſe ⁊ vide p̄mo quam fi-
dē h̄re debes circa veritatē ⁊ eſſentiā hꝰ ſa-
cramenti. Credere eñ firmiꝰ debes ⁊ nul-
latenus dubitare ſcḋm ꝙ docet eccl̄ia catho-
lica ⁊ p̄dicat ꝙ in hora exp̄ſſionis ꝟboꝝ xp̄i
panis materialis atq̧ viſibilis aduenienti
viuifico ⁊ celeſti pani velut ſuo creatori ho-
norē deferens locū ſuū ſcꝫ viſibilē ſpeciem
accidentiū ꝑ miniſterio ⁊ ſacramētali ſerui-
tio relinq̄t. q̄ deſinēte eſſe miro et ineffabili
modo in eodē inſtāti iſta ſequētia ſub illis
accidētibꝫ veraciꝰ exiſtūt. Primo illa pu-
riſſima xp̄i caro ⁊ ſacrū corpꝰ. q̄d fabricāte
ſpūſctō tractuꝫ fuit de vtero glioſe ꝟginis
marie appenſuꝫ i cruce. poſitū in ſepulchro.
glorificatū in celo. Scḋo q2 caro nō vi-
uit ſine ſanguie. iō neceſſario ē ibi ſanguis
ille p̄cioſus q̄ feliciꝰ manauit ꝓ mūdi ſalu-
te in cruce. Tercio cū nō ſit verꝰ hō abſ-
q̧ aīa rōnali. ꝓpterea eſt ibi aīa glioſa xp̄i.
excedens in grā oēm ꝟtutē glaꝫ ⁊ ptātē i q̄
repoſiti ſunt omēs theſauri ſapie ⁊ ſcie dei.

Quarto q2 chriſtꝰ eſt verꝰ deus ⁊ verus
hō. iō ꝯſequenꝰ eſt ibi deus glioſus in ma-
ieſtate ſua. Hec oīa q̄ttuor ſimul ⁊ ſingu-
la tota ſimul ſub ſpeciebꝫ panis et vini ꝑfe-
cte continenꝰ nō minꝰ in calice q̄ in hoſtia.
nec minꝰ in hoſtia q̄ in calice. nec in vno de-
fectus ſuppleꝰ alteriꝰ. cū nullus ſit. ſꝫ in am-
bobus integrū cōtineꝰ ꝓpter myſteriū de q̄
grandis eſt ſermo. Sufficit eñ credere deū
veꝝ ⁊ hoīem ſub vtraq̧ cōtineri ſpecie cui
aſſiſtunt angeloꝝ frequētia ⁊ ſctōꝝ p̄ntia.

Quare chriſtus tm̄ contineꝰ ſub iſtis
duabus ſpeciebus.

SEd vide q̄ pulchre xp̄s ſub hiſtū
duabꝫ ſpeciebꝫ cōtineꝰ. Primo q2
panis ⁊ vinū optimū ſunt nutrimē-
tū totiꝰ hoīs. nā panis nutrit carnē ⁊ vinū
tranſit in ſanguinē. q̄ eſt ſedes aīe. Se-
cūdo q2 eoꝝ vſus eſt hoī p̄ncipalior ⁊ com-
munior eſt ⁊ mūdior ⁊ minꝰ faſtidioſus ha-
beꝰ. iō puritas ſpūalis refectiōis oportune
ꝑ iſta ſignificaꝰ. Tercio q2 optime figu-
rant paſſionē xp̄i q̄ q̄tidie ꝑ h̄ ſacrm̄ memo-
raꝰ. nā panis ſignificat corpꝰ illud tritura-
tū. molitū. piſtū in paſſione. decoctū ⁊ aſſuꝫ
igne diui amorꝭ in camino. i. ara crucꝭ. vinū
ſo ſigficat ſanguinē q̄ de vua. i. xp̄i corꝑe in
torculari crucꝭ a calcātibꝫ iudeis expſſus ē.

Quarto pulchre ſignificāt corpꝰ xp̄i my-
ſticū ſcꝫ eccl̄iam collectā ex multis fidelibꝫ
p̄deſtinatis ad vitā tanq̧ panis ⁊ vinuꝫ ex
multis granis ⁊ racemis. Cū ergo acce-
dis caue ne dubitādo vacilles ⁊ tanq̧ ceꝰ
manu tentans innitaris baculo arūdineo
ſcꝫ argumētis naturalibꝫ ⁊ rōnibꝫ hūanis
querēdo quō iſta fieri poſſunt ſicut q̄dā
iudei litigabāt. ⁊ quidā diſcipuli ſcandali-
zati abierūt retrorſuꝫ. Sed ſubijce teip̄m
deo ⁊ captiua mentē tuā ſub iugo fidei q̄
tantis teſtibꝫ roboratā vides. Quid eñ du-
bitationis de hoc ſacramento remanet. q̄d
a chriſto tam exp̄ſſe traditū. ab aplis p̄di-
catū, a ſanctis patribꝫ orthodoxis tot cē-